

Herbipolitana Pallas excepit,
SOCIETAS JESU adoptavit,
Sicilia prope educavit,
Roma perfecit ;
Nunc reducem Eoo-Juliana Universitas
Audit & miratur
NATURÆ ET ARTIS CONSULTUM;
Et gaudet, ex tantillo olim, tanto cum fœnore
Tantum sibi redditum.

Quæ,
Quod mirere,
Dum docet, dum exercet
MAGIAM;
Sine dolo decipit, sine impostura imponit :
Quia ars naturæ limites non egreditur.
Sub hoc Mathematicæ Republicæ

ENCYCLOPÆDEUTA;

Pro lubitu suo ars & natura
Ludit & illudit.
Jocose illudentem primo spectata.
Et ecce, oculi, dum vident, videre se non vident.

Quis porro fidat ?
Verum cui sensuum sæpius, quam oculis,
Vel sola natura illudit ?
Quid fiat, si cum natura ars colludat ?
Vnde jam pingit sine colore in trigonis ;
Jam multiplicat sine labore in Polyëdris ;
Sine fuco deformem colorat in formosam ;
Formosam sine atrore deformat :
Quam prius Helenam pinxit,
Sine errore tibi velut Tisiphonem exhibet :
Næ melius litem quam Paris diremisset,
Venerem inter & Palladem.
Hanc ducem sequere,

Et quæ